

tempore uos autem antiquiores. Securo de-
 misso capite. uentus sum indicare uobis
 sententiam meam. Sperabam enim quod
 etas plurius loqueretur. et annorum mul-
 titudo doceret sapientiam. Sed ut uideo spe
 est in hominibus. et inspiratio omnipotentis
 dat intelligentiam. Non sunt longeuu sapi-
 entes. nec senes intelligunt iudicium. Ideo
 dicam audite me. ostendam uobis etiam
 ego meam sapientiam. Expectaui enim
 sermones uostros. audiui prudentiam ueram.
 donec disceptarem uos sermonibus. et donec
 putabam uos aliquid dicere considerabam.
 Sed ut uideo non est qui arguere possit
 iob. et respondere ex uobis sermonibus. et
 sic forte dicat inuenimus sapientiam.
 deus peccat eum et non homo. Nichil locutus
 est michi. et ego non secundum sermones uostros res-
 pondebo uobis. Exanimauerunt enim et non res-
 ponderunt ultra. absteruntque a se elo-
 quia. Quia igitur expectaui et non sunt
 locuti. steterunt nec responderunt ultra.
 respondebo et ego partem meam. et osten-
 dam scientiam meam. Plenus sum sermo-
 nibus. et coarctat me spiritus ueteris mei. En-
 uentus sum quasi mustum absque spiraculo.
 quod languicillas nouas dirupit. Loquar
 et respurabo paululum. appiam labia mea
 et respondebo. Non accipiam personam uiri.
 et dominum hominum non equabo. Nescio enim
 quam diu subsistam. et si post modicum
 tollat me factus sum. Audi igitur iob elo-
 quium meum. et omnes sermones meos
 audita. Ecce apertus os meum. loquatur
 lingua mea in faucibus meis. Simpliciter
 corde meo sermones mei. et sententiam
 meam labia mea pure loquentur. Spiritus
 dei fecit me. et spiraculum omnipotentis
 sustinuit me. Si potes responde mihi.

et me sicut et te fecit deus. et de eodem lu-
 to ego quoque formatus sum. Verumptamen
 miraculum meum non te terreat. et elo-
 quentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo
 in auribus meis. et uocem uerborum tuorum
 audiui. Mundus sum ego absque delicto.
 immaculatus. et non est iniquitas in me. Quia
 querelas in me reperire. ideo arbitratus
 est me inimicum tibi. Posuit in nervo
 pedes meos. custodiuit omnes sententias me-
 as. Hoc est ergo in quo non es iustificatus.
 Respondebo tibi. quia maior sit deus
 homine. Aduersum eum contendis. quia
 non ad omnia uerba responderit tibi.
 Semel loquitur deus. et secundo id ipsum
 non respicit. Prospituum in uisione
 nocturna. quando irruit sopor super ho-
 mines. et dormiunt in lectulo. Tunc aperit
 aures uirorum. et erudient eos instruit
 disciplina. ut auertat hominem ab his
 que fecit. et liberet eum de superbia. eru-
 ent animam eius a corruptione. et uitam
 illius ut non transeat in gladium. Interperat
 quoque pro dolore in lectulo. et omnia ossa
 eius marcescere facit. Abominabilis ei fit
 in uita sua patul. et anime illius cito ante
 desiderabilis. Tabetet caro eius. et ossa que
 testa fuerant nudabuntur. Appropinqua-
 uit corruptioni anima eius. et uita illius
 mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens
 unum de similibus. ut annunciet hominibus
 equitatem. miseretur ei et dicit. Libera
 eum ut descendat in corruptionem. inue-
 ni in quo ei propitius. Consumpta est caro
 eius a supplicibus. reuertatur ad dies adolescen-
 tię sue. Despectabitur dominus et placabilis erit
 et uidebit faciem eius in uibilo. et reddet
 homini iustitiam suam. Respice homi-
 nes. et dicit. Pertraui et uera delinxi.

